



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lvdovicvs Episc. 19. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

18. Aug. VITE SANCTORVM. 403

hunc, ut cuius consilia omnia denique in sumum abitent. Tum verò geminari verbera, & persundi pectus bulliente à flammis aquâ, & pugnis frangi malas Athletæ tyrannus jussit. Sed hic, non ille etiam hęc sensit supplicia, vi divinā ē tribunali, mox etiam ē vitā exturbatus. Aurelianus ergo Imp. morte AGAPITI Antiocho suo parentaturus ad bestias damnavit invictum. Sed hęc cùm pedes victoris lambarent, docuerunt humanitatem inferas, feritatem in tyrannum immigrasse. Tandem AGAPITVS decollatus intra geminas columnas dicere sine mendacio Herculi potuit, PLVS. VLTTRA. Ex Ferrer.

Si membris integris & valentibus flores, noli corporis robore & viribus gloriari; sed considera quot & quanta corpori pericula imminēant; quamvis enim ad exiguum tempus corpus nostrum firmum sit, tamen quid posterior paritura sit dies, ignoramus. S. Ephrem de Vit. spir.

S. LUDOVICVS EPISC. 19. Augusti.

LUDOVICVM Caroli Regis Siciliæ priuū, post S. Francisci filium tenet. Puerulus somnum statim humi precationibus interpellavit. Caponem, quod pauperum præda esset, pio furto ē mensā ablatum, cùm parens id subodoraretur, in tosis vertit. Arma ludicra tractantem cùm equus abjecit. fuit, vicissim mundum ludibrio habiturus, arma ipse & equos abjecit. Quare quo die foror in manum hominis convenit, ipse sacrī initiatus virginitatem Deo despondit, dæmonemque sub fele insidiantem signo Crucis elusit. Æger voto ad D. Virginem facto ē morbo surrexit, & in D. Francisci familiam abiit. Inde ad Pontificatum Tolosanam electus est. VIRGINEM ut in omni vita,

ita.

ita in morte frequentissimè salutavit. Causam rogatus id solùm respondit: *Morientem illa juvabit me.* Neque falsus est. Visus inter Angelorum manus in cælos evolare, auditæque ejusmodi voces, *Sicut servienti Deo in munditie & puritate.* A morte multi propitium mortales habuere. Inter hos Dionysium Lusitanorum Regem numerant, quem ursus ex equo in ultimum periculum dejecerat. Sed in tempore LUDOVICVS è cælo adfuit, monstrumque Dionysio, qui pugione mortem a se in ursum averteret. Hoc beneficium LUDOVICVS gratumque Dionysii animum Aedes sacra extorta & in Aede Epigraphe hæc (LUDOVICO SERVATORI) loquitur. *Ex Lippeloo.*

Si vis terrenas bestias non timere, si vis evanescere rapaces, voraces vultures, hoc est, aves aëreas quae sunt nequitia spirituales, elevare à terrâ, tenebra desere, sume alas columba, sume pennas divini sacerdos fulgore radiatas. S. Pet. Chrys. serm. 98.

S. SEBALDVS CONF. 19. Augus*ti.*

Regius sanguis SEBALDVS Sponsam non impari conditione domum duxerat Virgo Virginem & pietatis amans amantissimam ejusdem. Et sub primam noctem ob oculos SEBALDVS posuit SPONSAM VIRGINEM SPONSVM QVE Iosephum, quos utique non nisi Virgo amor junxit. Hos olim jam ostendisse, posse lilia casta etiam è thalamo Virgine surgere. Tam gratum cœlo odorem nisi ipsa invideret, statuisse se hæc miracula iterum orbi ostendere. Nihil poterant gratius audire Virginis aures. Itaque bonum factum alteræ nuptiæ eadem nocte fiunt, & virginitas conjugio copulatur. Subinde Romanum SEBALDVS abit,